



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ad Leonem X. Pontificem Maximvm

[Straßburg], 1519

VD16 L 3409

Conclusio LXXX.

urn:nbn:de:hbz:466:1-34717

M. .L RESOLUTIONES DE VIRTUTE IN
nostram, magis q̄ in misericordiā dei, dum nihil criminis nob̄
bis conscij simus fecisse, & ij in horrendum cadent iudicium.

CONCLUSIO LXXVII.

Quod dicit, nec si S. Petrus modo papa esset, maiores gra-
tias donari posset, est blasphemia in sanctū Petrum & papā.

CONCLUSIO LXXVIII.

Dicimus contra, quod etiam iste, & quilibet papa habet
maiores, scilicet euangeliū, uirtutes, gratias curationum
&c., ut primo Corinth. duodecimo.

QVIA in potestate & obedientia papæ sunt omnes, qui ista
habent in ecclesia, q̄s potest mittere quo uolet, etiam si ipse per-
sonaliter non haberet, ut non dicam, q̄d bulla cœnæ, adhuc nō
est remissa cū suis casibus. Adhuc maior esset gratia summi pon-
tificis, si has omnes facultates, gratis donaret omnibus Christia-
nis, qui eis egerent. Deinde si sublati canonibus onerosis, liber-
tatē populi Christiani restitueret, & tyrannides officiorū, ac Si-
monū exploderet. Sed hæc nō sunt forte in potestate eius, inua-
luit em̄ inimicus, & princeps prouinciarū facta est sub tributo,
dextera dñi faciet hanc uirtutem, si id digni fuerimus impetrare.

CONCLUSIO LXXIX.

Dicere crucem armis papalibus insigniter erectam, cru-
ci Christi æquualere, blasphemia est.

QVA fronte sint hi hoies, quis non uidet: quid nō audeant
qui talia audent: His credendæ sunt animæ, Christi sanguine re-
demptæ: Christi crux uiuificat totū mundū occiso peccato. crux
illa armata largit̄ quasdā pœnas remitti, & sic sunt æqualia, pœ-
na æterna & tēporalis. Sed quid psequar portenta oīa, q̄ ex tali
sermone sequunt̄, quæ nec cœlū possit sustinere, ut proferantur:

CONCLUSIO LXXX.

Rationem reddent episcopi, curati & theologi, qui tales
sermones in populum licere sinunt.

AT timeť potestas ecclesiæ. deniq; errores & offensiones ho-
die factas in sedem Romanā, uindicanť gemino gladio, sed nūq̄